

Eundem ita in Clemente Alexandrino invenimus ut tamen scripturas symbolice seu allegorice interpretaretur et Deum conciperet ignotum quidem sed saltem ~~simpliciter~~ simpliciter incorporeum. et Origenem denique vidimus qui alios saltem docendos duxit Deum eiusque Filium esse incorporeos et ipse pro dubio habuit utrum alia natura rationabilis, praeter SS. Trinitatem, omnino sine corpore saltem subtiliori vivere posset.

Quod si fontes quaeris, praeter stabilem illum fontem qui sibi quisque esse solet, praeter ^{extera} dubium scripta stoica sunt nominanda, et praesertim ubi technicae vel expressiones vel ratiocinia ~~ad~~ adesse perspiciuntur. Neque tamen praetermittendus est ille fons, quem ipsi scriptores christiani invocant. Irenaeus enim, cum probare voluerit animas a corporibus terrenis separatas nihilominus corporis habere figuram, non Stoicos ~~et~~ citavit sed parabolam de Lazaro et divite. Quot autem alia scripturae loca in eundem sensum citari possint, in Excerptis ex Theodoto vidimus. Neque deest quae ex contrario

— Adv. haer.,
Iren., II, 34, 1; Harvey, I, 381.

Videsis supra pp.

—
dicitur probatio; quam primum enim interpretationem symbolicam didicerunt ~~alexandrini~~ Alexandrini, quasi impedimento ex scripturis remoto, de rebus simpliciter incorporeis inquirebant.

At praeterea omitti non debet alia et profundior differentia inter Stoicos et christianos auctores. Illi enim non solum ex parte subiecti realismo acritico tenebantur sed etiam ex parte obiecti systema quoddam materialisticum ponebant; unde et Deum tanquam ignem, non quidem consumentem, sed intelligentem dicebant eumque mundi partem quamdam activam seu animam habebant.

6. Dialecticae evolutionis notionem superius ~~introducimus~~ introduximus, ubi Tertullianum vidimus ita unitatem divinae substantiae per realismum quemdam acriticum defendere ut *ideo* tamen ~~et~~ ipse sibi contradiceret. Quam positionem superavit Origenes cum prolationes ad fabulas demandaverit et Filii ex Patre originem modo spirituali "tamquam e mente voluntas" concipere voluerit. At haec Origenis solutio omnibus numeris absoluta atque perfecta minime erat; quinimo, non desunt qui Origenem iudicent patrem fuisse tam haereseos arianae quam nicaenae orthodoxiae. Quare, quaerendum est quid Origini

— G. Prestige, God in Patristic Thought, London 1936, p. 131.
—

defuerit quod tamen subsequens aetas in lucem protulit.

In cuius intelligentiam ad subiectum redeamus acriticum ~~cuius~~ categoriae fundamentales sunt ubi et quando, ut ^{spontaneum hunc errorem} animadvertamus non unico quodam gressu sed duplici potius ~~et spontaneum hunc errorem~~ corrigi atque eliminari

In cuius rei intelligentiam ad subiectum redeamus acriticum ut animadvertamus non unico quodam gressu sed potius duplici fieri conversionem illam in qua ubi et quando categoriae fundamentales esse desinant ut enti locum cedant. Nam ut exemplo recenti utar, scientiae physicae periti nostro ^{denique} saeculo ~~denique tandem~~ a realismo acritico recesserunt, quin tamen ad ~~realismum~~ realismum pervenerint. Ab iis sane negatur ~~partem~~ ^{partem} quendam spatii determinatam occupans et de ~~in loco~~ in locum secundum trajectoriam imaginabilem transiens elementa fundamentalia determinatam quendam spatii partem occupare et de loco in locum secundum trajectoriam imaginabilem transire; nam spatium et tempus per modum unius concipiunt,

Quibus positis, ad particularem nostram redeamus
 (1) quaestionem. Nam in apostolica praedicatione aderat Patrem
 esse Deum et (2) Filium esse Deum et (3) unum esse Deum et
 (4) Patrem non esse Filium. Quorum ~~maxima~~ primum ab omnibus
 semper agnitum est; sed alterum a Iudaeo-christianis heterodoxis,
 tertium ^{quodammodo} a Gnosticis et Marcionitis, quartum denique a Patri-
 passianis et Sabellianis negatum est. Quemadmodum vero
 omnia quattuor ~~et~~ affirmari possent, tripliciter responsum est.
 Primo modo, secundum realismum ^{acriticum}, ut Filius sit
 substantia ex substantia Patris quodammodo emissa, ab eadem
 vero minime separata sed ei coniuncta atque unita. Altero
 modo, secundum participationem platoniam, ut Pater sit ipsa
 divinitas et Filius ^{suprema} ~~supra~~ quaedam divinitatis participatio.
 Tertio denique modo, secundum regulam Athanasii, ut eadem
 de Filio quae de Patre dicantur, excepto Patris nomine.

Quae quidem tertia responsio potius repetitio quam
 problematis solutio videtur. Si enim Pater est Deus et
 Filius est Deus, eadem ^{Sane} de Patre et de Filio sunt dicenda,
 omnia nempe quae in nomine Dei implicite continentur. Si
 unus est Deus, haec omnia non duas sed unam dicunt substantiam.
 Si Pater non est Filius, excipi sane debet Patris nomen, et
 omnia illo nomine significata, ab iis quae de Filio dicuntur.

At tribus praestat haec quae facillior et simplicior
 videri potest repetitio. Nam in primis intactum atque immotum
 salvat quod in praedicatione apostolica continetur. Deinde, *minime*
^{supponit} ~~supponit~~ mysterium divinitus revelatum non ~~supponit~~ humano ingenio esse
 explicandum. Tertio denique non vagatur extra ordinem veri
 et eius quod est, si quidem nihil dicit nisi quod dicendum est.
 Qua sobrietate et excluduntur fabulae ex realismo acritico

ut neutrum iam imaginatione repraesentare possint; et ipse qui dicitur indeterminismus secum fert ut trajectorias determinatas non cogitent. Quod tamen ita "apertum" "acriticum" eliminat ut "realismum" non attingat. Uterius enim requiretetur ut agnoscant reale esse id quod est, seu id quod vero iudicio affirmetur; distincta autem esse quorum unum non est aliud, et alias quidem esse distinctiones rationis, alias autem reales; distinguí autem realia tum formaliter secundum quod diversae leges de iis verificantur tum individualiter secundum materiam; et caetera in metaphysica thomistica nota.

Quo forte exemplo intelligi potest sicut excellentia Origenis ita etiam eiusdem defectus. Quod enim ex philosophis didicit graecis, a realismo acritico quadantenus eum liberavit. Quod autem vel ipsi philosophi graeci parum perspexerunt, ab iis addiscere non potuit, momentum scilicet iudicii veri et, quod vero iudicio correspondet, ens actusque essendi. Haec enim non Graecis debemus sed, quatenus philosophica sunt, Thomistis.

Sed ipsam formulationem thomisticam longe antecedeat quod Dominus noster Apostolis praecepit: "Sit sermo verus, Est, est, et Non, non" (Mt 5, 37). Quod Domini verbum et antecessit prophetarum formula, "Haec dicit Dominus...", idemque sequebatur conciliorum formula, "Si quis dixerit... anathema sit." Quibus in omnibus modo quodam decisivo inculcatur verum et id quod est. Neque vel ipsum Originem haec fugerunt qui initio operis sui De principiis ante omnia enumeravit tamquam fundamentalia, imo tamquam "certam regulam manifestamque regulam," ea quae per apostolicam praedicationem manifeste tradita sunt.

— Orig., De princ., praefatio, 2; Koetschau, 8, 19.
—